

Q. D. B. V.

DE

IVRIBVS ECCLESIAE CREDITRICIS
SINGVLARIBVS
IN MUTVO VSVRARIO

PRAESIDE

CHRISTIANO GOTTLIEB
HOMMELIO D.

TIT. DE VERB. SIGN. ET REG. IVR. PROF. PVBL.
ET FACVLT. IVRID. ASSESSORE
IN AUDITORIO MAIORE

DIE XXVII. SEPTEMBR. A. S. R. CIO IO CCL XXI.

DISPVTABIT

MAVRITIVS ADOLPHVS GVTBIER
PORTENSIS



VITEMBERGAE
EX OFFICINA GERDESIANA.



291

11

1771

P. 272





DE
IVRIBVS ECCLESIAE CREDITRICIS
SINGVLARIBVS IN MVTVO
VSVRARIO.

§. I.

Republicam non in ecclesia christiana, *De vera ec-*
sed ecclesiam in et sub republica esse, *clesiae notio-*
omnes ii, qui sana tradunt iuris eccle- *ne. Consti-*
siae praeccepta, profitentur. Con- *tuis collegi-*
stituit enim iste coetus sacer, in cer- *um Reip.*
tum congregatus locum, occasione cultus diuini, col- *subiectum.*
legium, aut vniuersitatem supremam principis inspe-
ctioni subordinatam. Repraesentat personam mysticam,
vnius personae vicem sustinentem, quae non modo iu-
ribus collegii communibus, vt, arcam communem ha-
bendi, directores et administratores constituendi, sum-
tus ad conseruationem necessarios colligendi, aliisque
gaudet



gaudet, sed propria, etiam bona, per actus inter viuos, mortisque causa, nec non praescriptione acquisita, iure domini possidet. *) Quo magis vero harum rerum, dum aliae cultui diuino immediate, aliae mediate, et hae mox sustentationi cleri et pauperum, mox aedificiis ecclesiasticis inseruiunt, variat destinatio, eo plures sunt contractus, quos ecclesia cum aliis ratione horum bonorum celebrat, ex quibus varia consequitur iura, diuersaque acquirit credita. Inter illos mutuum usurarium, quo ecclesiae nomine res fungibiles in accipientem ea transferuntur lege, ut istae in genere cum usuris restituantur, praecipue eminet. Cum hic in ecclesia creditrice varia singularia a nobis, pluraque ab aliis obseruentur, hanc iuris materiem nostra disquisitione eo magis iudicamus dignam, quo frequentiora inter DD. et in foro ideo mota sunt litigia.

§. II.

*An ecclesiae
mutuum
usurarium
credere liceat.*

Quamuis Patres, Concilia atque Pontifices annuos redditus, census irredimibiles, interesse, mercedes ex praediis locatis, aliaque rerum emolumenta nec ecclesiae, nec reliquis creditoribus denegent, longe aliam tamen

*) L. 21. sequ. C. de S. S. Eccles. Add. LEYSER ad Pand. Spec. XXII, med. 2.

❁ ❁ ❁

men de usuris in mutuo souerunt sententiam. Quem admodum enim in his detestabile auaritiae genus, quod cum christiana charitate et religione pugnet, reperiebant, earumque exactionem furto et spolio accedere existimabant, ita et hoc mortale, ex eorum opinione, peccatum in clericis depositione, in laicis a communione altaris, et post obitum ab honesta sepultura exclusione, oblationum reiectione, iuris testandi priuatione, aliisque coercere poenis, usurarumque defensorem inter haereticos referre, non dubitarunt. Quo certius vero atque exploratius est, canonistas usuras odio fere solius nominis damnasse cum summo commerciorum detrimento, quae absque mutuo usurario promoueri ac subsistere nequeunt, eo leuiora et infirmiora sunt prohibitarum usurarum fundamenta, dum erronee, id, quod supra' fortem a debitore soluitur, merum esse lucrum, et inde ditescere intendere creditorum, deinde vnice id ob officium, in dando mutuo praestitum, exhiberi, sibi persuadent. *b)* Cum vero usurae ob compensationem vsus numerorum alienorum, nec non periculi et incom-

A 3

modi

b) BOEHMERI Instit. iur. Canon. Libr. V. Tit. XIX, §. I. seq.
PHIL. BALTH. GERDESII Progr. de pontifice in prohibendis
usuris errone.

6

modi gratia, quod, qui pecuniam alteri vtendam dat, sustinet, soluantur, et ita earum iustitia atque aequitas satis tueri queat, c) consuetudine generali non modo his iuris canonici placitis repudium est datum, sed et Legibus Imperii publicis ex pecunia mutuo data moderatas accipere vsuras expresse creditoribus permissum. d) Quod commodum ecclesiis eo minus inuidere possumus, quo certius est, earum bona et reditus augeri et amplificari, ne ob paupertatem ministerii dignitas vilescat, ipsam pietatem suadere. e) Iustitia vsurarii mutui, ab ecclesia creditrice celebrata, in Saxoniam eo magis defendi potest, quo clariores hac de re extant leges, ne mutua ab administratoribus gratis debitoribus permittantur, f) et pecunia

c) I. H. BOEHMER de fundamento vsurarum pecuniae mutuae.

d) REC. IMP. de an. 1500. 1539. 1548. 1577. sub Tit. von wu
cherlichen Contracten. Nec non REC. IMP. de an. 1654 S. 174.

e) REFORMAT. POLIT. de an. 1548. Tit. XXXI, S. 4. Add.
CARPZOV. in Jurispr. Eccles. L. II. Def. 319.

f) ORD. SAX. ECCLES. Art. Gen. XXXV. S. Wo in einigen
Gottes-Kassen so viel vorhanden und übrig, daß Armen um
Landläuffigen gebührligen Zins damit zu dienen, auch der Kir-
chen Duz zu schaffen möglich, sollen sie das rechtmäßiger Weis
zu thun Macht haben. Ibidemque S. Da etwas von Zinsen
stecken

nia ecclesiastica, cum elocandi adest facultas, otiosa
relinquatur. g)

§. III.

Cum vero consultius sit, pecuniam paratam in *Sub quibus*
area ecclesiastica conseruare, *h)* quam debitoribus, *cautionibus*
qui soluendo haud sunt, eam mutuo dare, et plus cau- *pectunia ec-*
tionis in re sit, quam in persona, *i)* complures, varia- *clesiastica*
que in elocanda pecunia in LL. ecclesiasticis Saxo- *fit elocanda.*
nicis

stecken bliebe, sollen die Vorsteher solches suchen, daß die Zinsen
wieder zeitlich ganghaft werden — Und da sie milde und gute-
willig seyn wollen, sollen sie es von dem andern thun, und nicht
mit Abbruch des gemeinen Kassens, ihren Günst und Climpf
bey denen Schuldigern suchen. Item DECRET. SYNOD. RE-
VIS. §. 75. MANDAT. Von ausstehenden Capitalien derer pi-
rum causarum d. d. 19. Nouembr. 1727. MANDAT. Von der
denen piis causis zustehenden Gelder Sicherstellung, Eintreibung
der Zinsen etc. d. d. 30. Septembr. 1729.

g) WERNER. Select. Observat. Forens. P. II. Obf. 478.

h) Quae area vel in templo, vel domo pastoris, aut curatoris, aut
schola, aut alio loco collocatur. Ad hanc duae claues sunt, qua-
rum vnam parochus, alteram praefectus ecclesiasticus habet, vno
absque altero praesente, ista cista nec aperiat, nec claudatur.
ORD. ECCLES. SAX. Art. Gen. XXXV. §. Es soll auch. MAN-
DAT. de an. 1727. §. Nicht weniger. MANDAT. de an. 1729.
§. Worüber doch.

i) L. 25. π. de Reg. iur.

nici praescriptae sunt cautiones. Primo consensus Superintendentis, Pastoris, Patroni ab aërii praefecto hic adhibendum esse, sancit *Ord. Eccles. Art. General. XXXV.* verbis: Sollen die Kirchväter das mit Vorwissen jedes Orts Obrigkeit, sonderlich des Superintendenten in Städten und in Dörfern Erb- und Lehnherrn, auch des Pfarrers, rechtmäßiger Weise zu thun, Macht haben. Nec non *Decret. Synod. Reuis. §. 75.* Quare nec solus Patronus, nec solus parochus absque alterius consensu mutuam det pecuniam, quod si contra fecerunt, soli periculum ferunt, vi *Mandar. de an. 1729. §.* So bewendet es auch. Deinde facillioris executionis et humanitatis gratia magis parochianis et qui sub eadem iurisdictione sunt, quam extraneis pecuniam concedendam esse suadet *Hornius, k)* et iubet cit. *Mandar. de an. 1729.* Verbis: Bey solcher Ausleihung aber selbst wird vor allen Dingen dahin gesehen, wie die Gelder, so weit möglich, bey denen Eingepfarrten, und sonderlich denen, so unter einerley Iurisdiction gehören, unterzubringen. Quod si patronus ipse mutuam accipere pecuniam cupit, secundum cit. *Mand. de an. 1729. consensus Consistorii, sed secundum Generale d. d. 3. Sept. 1735. Senatus Supremi Ecclesiastici ab eo est impe-*

k) ad SCHILTER, *Inst. Iur. Canon. L. II. Tit. VI. §. 32.*

impetrandus. Porro sortes ecclesiae maiores sine causa necessaria non diuidantur ex *Rescripto* ad *Consist.* Lips. d. d. 12 Mart. 1727. ¹⁾ Tum vt ecclesia praefertur debitoris vxori, postea dotem inferenti et repetenti, saluberrime dispositum, vt ob quodlibet debitum, decem thaleros superans, ecclesiae creditrici expressa hypotheca in fundis sine restrictione ad certum tempus et absque clausula cassatoria constituatur, in *Ord. Eccles. Sax.* Art. General. XXXV. §. Sie sollen auch gute Acht haben. *Decret. Synod. Reuis.* §. 75. *Mandat.* de an. 1727. et 1729. Idonei debitores si non quaerunt pecuniam mutuum, administratoribus nouas prouinciales neue Landtschafftliche Obligaciones pretio currente comparare permissum in *Generali* d. d. 3 Iul. 1769. Tandem sicut decreta iudicialia de constituta hypotheca expressa non in domo patroni, sed in ecclesia sunt asseruanda, ^{m)} ita non dubitandum, quin et idem in istis obligationibus publicis obtineat.

§. IV.

Quo magis vero hypotheca tacita in hoc praestat *An Iure Roman. eccles. ae in bonis debitor. facit. ra competat hypotheca, an aliud ius singulare.*
expresae, vt non modo res afficiat immobiles, sed et mo-

B

1) SCHAYMBURG, Einleit. zum Sächs. Recht, Sect. I, Ex. III, §. 67. *

m) DECRET. SYNOD. REVIS. §. 84.



biles, quas creditor et a tertio vindicare queat, eo grauius inter DD. disceptratur, an et ecclesiae creditrici pignus legale in bonis debitorum secundum ius Romanum sit tribuendum. Alij, vt MEVIVS, *) MANZIVS, o) huic praeter legale pignus ius singulare et prioritatem indulgent, ecclesiamque pari et aequali iure cum fisco gaudere autumant. Alij, vt HORNIUS, p) et STRYCK, q) simplicem hypothecam tacitam, cum minores eo iure vterentur, ei concedunt. Alii tandem, vt WERNHER, r) et LEYSER s) ob singularem fauorem ecclesiam personali muniunt priuilegio. Quem ad modum vero prima sententia nulla nititur lege t) et priuilegia fisci ex Icti Marciani doctrina in L. 10. π. ad Municipal. verbis: *Simile priuilegium fisco nulla ciuitas habet in bonis debitoris, nisi nominatim id a Principe datum sit*, non sunt extendenda, ita infirmo superstructa est pontificiorum fundamento, ecclesiam scilicet peculiarem esse temp. a

secu-

*) Part. V. Decif. 318. num. 5.

o) in Special. Iur. Commun. voce: pia causa n. 55.

p) in Respons. Class. XI. Resp. 30. num. 10.

q) ad BRUNNEMANNI Ius Eccles. Lib. II, c. XV. §. I.

r) Part. V. Obf. 195.

s) ad Pandect. Spec. CCXXVIII. med. 2.

t) Iunge BERGER, in Oec. Iur. Lib. I, Tit. I, Th. 12. not. I.

seculari distinctam, quae haberet fiscum et territorium. u) Simili quoque ratione alterum assertum, cum hic in lege exorbitante versetur, argumentationes a iuribus minorum ultra doctrinam de restitutione in integrum v) officium suum perdant, x) et ea, quae in vno vel altero comparantur, non statim prorsus sint eadem, comprobare non possumus. y) Ita et solus favor atque pietas, qua tertia innititur opinio, deficiente legis autoritate, non efficit, ut quid praeter ius commune statuatur, siquidem iuri communi inhaerendum, donec specialitas probetur, nec ita privilegiatorum iura tutanda, ut aliena perturbentur. z) Quae cum ita sint, de iure communi, ecclesiam ex bonis debitorum ut chirographariam creditricem suam repetere, existimamus. a)

B 2

§. V.

u) H. G. FRANCKII Epist. *An aliqua inter ecclesiam et rempublicam intercedat differentia.* I. B. WERNHERI Disp. *de eo, quod impium est in piis causis* §. 10.

v) c. I. X. de in integrum restitut.

x) L. 14. 15. 16. π. de LL. L. 6. §. 4. C. de bonis quae liber.

y) CARPZOV. Iurispr. For. P. I. C. 28. Def. 116. BERGER in Consil. Centur. III. Consil. 70. Th. 3. WERNHER. P. V. Obf. 195. LEYSER ad Pand. Spec. CCXXVIII. med. 2.

z) c. II. X. de For. Compet. c. I. de Privileg. in 6to.

a) PERTSCH. Element. Iur. Canon. L. II. §. CML. I. H. BOEMER, Disp. *de Nominibus Ecclesiasticis* c. I. §. 23.

Quo iure
singulari ec-
clesia credi-
trix ex spe-
cialibus loco-
rum consti-
tutionibus et
maxime iu-
re Saxonico
ob debitum
gaudeat.

Quod vero ius commune his debitis denegavit, id in specialibus locorum constitutionibus saepissime est introductum. Sic ex statuto Gerano piarum causarum debita extra concursum iure exfolvantur singulari. *b)* Iure Lubecensi *c)* et in Ducatu Megapolitano *d)* praeter tacitam hypothecam iure prioritatis gaudent. In Pomerania ob haec legale competit tantum pignus. *e)* Quod attinet Saxoniam, haec debita de iure communi hypotheca tacita, cum lex taceat, et ius antiquum germanicum eam in genere ignoret, non esse munita, cum VLR. PISTORE Obs. LXXVIII. existimamus. *f)* E contrario extra omnem dubitationem positum, ecclesiam de ea Iure Electorali gloriari. Ita enim ORD. PROC. VET. Tit. XLV. §. 4. So wollen wir denen Kirchen ic. in aller derer Gütther, welche ihnen etwas zu gelten schuldig ic. hiermit eine heimliche Verpfän-

b) BERGER in Oec. iur. Lib. IV. Tit. XXXI. Th. 2. num. 5.

c) MEVIUS ad Ius Lubec. Lib. III. Tit. I. Art. 12. num. 43. seq.

d) BRUNNEMAN. Tr. de Concurf. Credit. c. V. §. 60.

e) MEVIUS in Decif. 259. Part. II.

f) Dissentire videtur BERGER, in Elect. Disc. For. Tit. XLV. Obs. III. n. 4. Sed iunge S. STRYCK. Disp. de Hypotheca tacita in feudis Germaniae. I. H. BOEHMER. Disp. de Hypotheca tacita feudali.

pfändung gegeben haben. Et Tit. XLIX. §. 2. Denen Kirchen ic. haben wir oben eine stillschweigende Verpfändung gegeben, disponit, et quamvis secundum ORD. PROC. REC. Tit. XLV. §. 2. ecclesiae, loco tacitae, expressa constituatur, specificè tamen illa in MANDAT. d. d. 24. Septembr. 1734. est restituta. Interim hoc pignus legale et hic interdum exulare, infitias ire non possumus. Nam primo ecclesiae mutuanti hoc pignus in debitoris feudo denegatur. g) Feuda tamen alienabilia, quae vasalli in Lusatia Superiori ex privilegio Ferdinandino possident, h) et quae in Pomerania obveniunt, i) hic exceptionem suggerunt. Deinde hoc ius singulare se non extendere ad singularum personarum, quae munera ecclesiastica eo loco subeunt, ut pastorum, aliorumque ministrorum ecclesiasticorum credita, luculentissime apparet ex ORD. PROC. VET. Tit. XLV. §. 2. verbis: Es soll aber gleichwohl solches Recht allein auf Kirchen, Schulen und Hospitallen gemeinet seyn, und sich derowegen sonderbare Personen

B 3

SONEN

- g) RIVINVS, in Enunciat. Iur. Tit. XLV. Ea. 12. III. HOMMEL, in Rhapl. Iur. Obs. 213. n. 4.
 h) BERGER, in Oec. Iur. Lib. II. Tit. V. Th. 5. n. 3. Add. S. STRYCK, in Disp. cit. §. 18.
 i) MEVIVS, in Decis. 259. Part. II.

sonem dessen nicht zu gebrauchen haben. *k)* Tum postquam melior cessionarii conditio esse non debet, quam cedentis, et cessionarius non privilegio suo, sed cedentis iure per omnia utitur, *l)* intellectu est facile, si chirographarius creditum suum cedat ecclesiae, id tacita hypotheca non esse munitum, licet vel debitor cessionem factam agnouerit, vsurasque aliquoties ecclesiae soluerit. *m)* Tandem eius, qui debitoris debitor est, bona ecclesiae tacite oppignorata haud esse, nec hac in parte peculiare aliquod privilegium ecclesiae in L.L. esse indultum, copiose WERNHER. *n)* demonstrat.

§. VI.

Quo iure ecclesia in bonis administratum, redditibus rationibus, intuitu residui utatur.

Cum etiam saepe aerarii ecclesiastici administratores quoad residua, redditibus rationibus, ecclesiarum existant

k) CARPZOV. Iurispr. For. Part. I. Const. 28. Def. 116. Ex eadem ratione et fisco viduarum et orphanorum tacitam hypothecam in bonis debitorum anno praeterito in Fac. Iurid. Vit. denegatam fuisse recordamur.

l) L. 156. 160. π. de Reg. Iur. L. 5. C. de heredit. vel act. vendit. L. 4. §. 27. π. de Doli mali except.

m) Dissentit CARPZOV. in Decis. 267. Part. III. Sed vide LEYSER. ad Pandect. Spec. CC, med. 6. et 7. Spec. CCCCLXXXVIII. med. 6.

n) In Enunciat. 33. Part. I.

existant debitores, annon in bonis praefecti ecclesia
 creditrix iure pignoris sit munita legalis, in discepta-
 tionem venit. Quamquam CARPZOVIVS, o) BER-
 LICHIVS, p) aliique tacitum pignus iure tam Roma-
 no per L. 20. C. de Administrat. tut. quam Canonico
 per c. 1. X. de in integr. restitut. comprobare allabo-
 rent, rectius tamen, cum aequiparationes ecclesiae
 cum minore vltra restitutionem in integrum nec sint
 extendendae, nec iura singularia ad consequentias tra-
 henda, ZIEGLERVS q) et LEYSERVS r) contrarium
 defenderunt. Interim cum in LL. Imperii publicis,
 vt in REFORMAT. POLIT. de an. 1548. Tit. XXXI.
 §. 4. administratores rerum ecclesiasticarum tutoribus
 quadam ratione exaequentur, in plerisque Germaniae
 legibus prouincialibus horum oeconomorum bona ec-
 clesiae tacito deuincta sunt pignori. Quo iure infi-
 gni ecclesiae etiam in Saxonia s) a tempore confirma-
 tionis non modo in bonis administratorum allodiali-
 bus,

o) In Iurispr. For. Part. I. Const. 28. Def. 115. et Respons. XLVI.
 Lib. IV.

p) Part. I. Conclus. 67. num. 47. seq.

q) ad Process. Sax. Tit. XLV.

r) ad Pandect. Spec. CCXXVIII. med. I. Add. BERGER, in Suppl.
 ad Elect. Disc. For. P. II. p. 1747.

s) Ord. Proc. Vet. Tit. XLV. §. 3. 5. et 14.

bus, sed et, istis deficientibus, in feudalibus, ita tamen, ne successoribus singularibus et simultaneè inuestitis praeiudicium afferatur ²⁾ vtuntur.

§. VII.

An usurae non solutae fortis ecclesiasticae alterum tantum excedant, et novae usuras pariant.

Quantus vero in exponendis fortis ecclesiasticae singularibus, tantus certe et in peculiaribus eius accessorii, scilicet vsurarum deprehenditur DD. dissentus. Ita quaestionem, an vsurae ecclesiae nondum solutae, nec iudicialiter interpellatae alterum vero tantum i. e. fortis quantitatem excedentes exigi possint, CARPZOVIVS, ^{u)} MEVIVS, ^{x)} BERGER, ^{y)} aliique affirmant, contra LEYSER, ^{z)} BOEHMER, ^{a)} refutatis istorum argumentis, merito negant. Quem admo-

^{z)} RIVINVS in Enunciat. 12. Tit. XLV. III. HOMMEL, in Rhaps. Iur. Obs. 213.

^{u)} Lib. IV. Respons. 49.

^{x)} Part. VII. Decis. 136. Quem quoque sequitur PHILIPPI ad Decis. Elect. XXIX. Obs. 3.

^{y)} in Oec. Iur. Lib. III. Tit. VIII. Th. 10. n. 5. Et in Elect. Disc. For. p. 1651. Sibi vero contrarius in Consil. Iur. LXX. Centur. III. Th. 4. p. 1529.

^{a)} ad Pandect. Spec. CCXLVIII. med. 3.

^{a)} in Iur. Paroch. Sect. VI. c. II. §. 17. Iung. IO. PETR. de LUDWIG Disp. *Differentiae Iuris Romani et Germ. in usuris praecipue ultra alterum tantum,*

admodum enim aequitas in iure singulari sine lege est cerebrina et iudici, quem ius sequi decet, non conueniens, ita reipublicae interest, aequitatisque ratio suadet, ne usurae non petitae in immensum excrescant, debitoremque repente ad incitas redigant. Ex iisdem rationibus, et cum accessionis accessio non praestetur, ^{b)} ecclesiae creditrici interesse morae ob non praestitas fortis usuras non adiudicamus. ^{c)} Quam sententiam et ORD. PROC. REC. Tit. XLII. §. 8. in fine comprobatur. Vtraque vero haec de fortis ecclesiasticae usuris placita ad annuos redditus ecclesiae per legatum, fideicommissum, donationem mortis causa, et inter vivos constitutos non extendenda esse, sed istos, cum

C instar

^{b)} ILL. HOMMEL, in Rhaps. iur. Obs. 49.

^{c)} Quod et, si aerarum ecclesiasticarum praefectus de pecunia ecclesiastica, quam ipse ut mutuum penes se habuit, usuras iusto tempore non soluerit, dicendum putamus. Quamuis usus fori in tutore et curatore ob varia impicem contraria Dicafteriorum responsa valde fuerit ambiguus, si quidem eum ad usuras usurarum, quas ipse pupillo, minorum debet, obligat BERLICH P. II. Decis. 268. n. 14. MEYVIVS P. I. Decis. 73. WERNHER P. VIII. Obs. 379. contra istum ab his immunem pronuntiat CARPZOV. Iurispr. For. P. II. C. XXX. Def. 32. STRYCK, Vfu Mod. Pandect. Tit. de Vfur. §. 18. Add. BARTHII Hodeg. For. c. III. §. 28. pag. 701. seqq. L. MENCKEN. in Disp. de tutore et curat. ad usuras ex suo debito usurarum obligato.



instar fortis sint, ^{d)} et ultra alterum tantum currere ^{e)} et ex iis non solutis novas vsuras deberi, ^{f)} vsus forti saepius confirmavit. ^{g)}

§. VIII.

De quantitate vsurarum, et an sex pro centum accipere, ecclesiae permissum.

In vsurarum quantitate et hic a Iure Imperii et Saxonico recessum fuit. CARPZOVIVS ^{h)} enim ecclesiae creditrici semisses exigere permissum fuisse, praecipuo confirmat, quod etiam ex parte confirmatum, ex parte vero coërcitum fuit in MANDAT. ELECT. SAX. d. d. 30. Aug. 1671. ⁱ⁾ vi cuius

^{d)} vid. MANDAT. ELECT. SAX. d. d. 30. Aug. 1671. apud BEYER. ad CARPZ. Iurispr. Consist. L. II. Def. 320.

^{e)} CARPZOV. Resp. 48. Lib. IV. n. 5. PHILIPPI ad Decif. cit. Obf. 3. n. 14.

^{f)} BERGER. in Occ. Iur. Lib. III. Tit. VIII. Th. 13. n. 5. MENCEN. in Pandect. Tit. de Vsur. §. 15. Add. I. H. FELTZII Disp. de differentia vsurarum et annuorum redituum.

^{g)} Ita a Fac. Iurid. Vit. mente Iunii cur. anni pronuntiatum. Dissentit GRIEBNER. in Discurs. ad O. P. R. Tit. XLII. §. 8. Sed census ab forte acceptam constitutos cum annuis reditibus ex liberalitate proficiscentibus commiscere videtur.

^{h)} in Iurispr. Consist. Lib. II. Def. 319. in fin.

ⁱ⁾ Quod vide apud BEYER. ad CARPZ. Iurispr. Consist. L. II. Def. 320. ZIEGLER. Tr. de Iur. Majest. L. J. c. 44. §. 10. BERGER. in Occ. Iur. Lib. III. Tit. VIII. Th. 10. n. 2.

cuius ratione sexti thaleri, vel floreni ecclesiae
competat ab anno 1628. vsque ad annum 1661.
ius agendi: ab anno 1661. vsque ad annum 1671.
ius excipiendi, denique ab anno 1671. neutrum
i. e. nec agendi, nec excipiendi ius, ita vt sextus
ille nec peti, nec retineri queat, sed solutus re-
stitui debeat. Limitantur tamen haec postremo
dicta in annuis redditibus per legata, fideicommissa,
donationes constitutis, cit. MANDAT. verbis: Da-
von aber nehmen wir billig aus, wenn einer per le-
gatum, fideicommissum oder Donationem, tam in-
ter viuos quam mortis causa seine Erbschaft beschwe-
ret, oder vor sich und seine Erben versprochen hätte,
annuos redditus ad certam piam causam abzustatten,
da denn die Erben, wenn sie gleich competentem sor-
tem, den Zins auf 6 pro 100. gerechnet, dazu
ausgesetzt, auch darüber quittivet, dennoch weils all-
hier bloß ad mentem testatoris et fauorem piae cau-
sae zu sehen, den Abgang zu ersetzen schuldig seyn sol-
len. Ingleichen soll ausgeschlossen seyn, wenn einer
gewisse redditus ad certam piam causam obgesetzter
massen gewiedmet ic. Deinde ecclesiae creditrici,
si ei praeter expressam hypothecam et literae cam-
biales



biales ob debitum sunt datae, vi RESCRIPTI ad
Dic. emissi de an. 1747. ^{h)} stipulatus sextus tha-
lerus non denegatur.

§. IX.

*Singularia
usurarum
foris eccles.
in concursu
creditorum.*

Ita et apud Saxones peruulgati est iuris, ortō
creditorum concursu, vsurarum, quae ex mutuo debentur,
solutionem non prius locum inuenire, quam omni-
bus creditoribus de sorte satisfactum sit. ^{l)} A qua re-
gula speciatim vsurae ecclesiis debita excipiuntur,
quippe quae ratione bonorum allodialium secundum
DECIS. ELECT. VIII. vti iam Iure Romano, ^{m)} vna
cum sorte adjudicantur. ⁿ⁾ Cum vero haec dispositio
iniquitatem quandam, dum prior ecclesia creditrix,
lucrum vsurarum captans, ita praefertur reliquis, de
damno

^{h)} Quod exhibet ILL. HOMMEL. in Rhaps. Jur. Obf. 474.

^{l)} ORD. TORGAU. de an. 1583. membr. von Bucher §. Jes-
doch wenn ic, ORD. PROC. VET. Tit. L. §. vnic. WERNHER.
P. III. Obf. 44. P. VIII. Obf. 463. I. G. BERTOCH *de ratio-
ne usurarum in concursu creditorum habenda.*

^{m)} L. 18. π. qui pot. in pignor. PHILIPPI ad Decis. El. VIII.
Obf. 5.

ⁿ⁾ Conf. C. H. HORNII *Disp. de privilegio Iur. El. Sax. pia-
rum causarum circa usuras in concursu creditorum.*

damno fortis vitando decertantibus, continere videatur, in vsurarum odium, et vt media teneatur via, ista hac ratione, vt tantum ex tribus annis, concursum motum immediate antecedentibus, eandem cum forte hypotheca expressa munita classem occupent, reliquae vero vsurae solutis demum omnibus fortibus exsoluantur, et ecclesiae, si a perceptione istarum excludatur, contra administratores ob moram commissam concedatur regressus, est restricta. o) Quem admodum vero ecclesiae laudatas vsuras triennales ob tacitam hypothecam, qua gaudet, ex speciali RESCRIPTO d. d. 6 Aug. 1743. ad Dicafteria emisso omnino etiam exigere licet, ita hoc ius singulare in vsuris debiti chirographarii ecclesiae cessis, cum iure cedentis vtendum sit, effectu destituitur. p)

C 3

§. X.

o) ORD. PROC. REC. SAX. Tit. XLII. §. 8. Tit. XLVI. §. 3. et MANDAT. SAX. de an. 1729. Quod et iam antea in teris Hanoveranis teste STRYCK. ad BRUNNEM. Tract. de Proc. Concurf. Credit. cap. V. §. 2. obtinuit.

p) Arg. L. 5. C. de hered. vel act. vendit. LEYSER. ad Pandect. Sp. CCCCLXXXVIII. med. 6. Add. I. C. HEIMBURG. Disp. an is qui iure praelationis quoad fortem in concursu creditorum est munitus, eodem quoad vsuras gaudeat. Et H. E. KESTNER. Disp. de Vsuris pari gaudensibus privilegio cum forte in concursu creditorum.

Quid circa
restitutio-
nem sortis
ecclesiasti-
cae obser-
vandum.

... nobis ordinis ... §. X. ... obnoxio ...
Tandem ecclesia creditor, cum beneficio resti-
tutionis in integrum ad exemplum minorum gau-
det, q) hoc iure peculiari fruitur, ut isti sortis so-
lutio ecclesiasticae, administratori, qui pecuniam in
propriis conuertit vsus, et bonis postea cessit, facta,
non noceat, sed eius debitores tum demum ab obli-
gatione liberentur, si praeceptum iudicis ecclesiastici
de soluendo praecefferit. r) Quem ad modum ve-
ro sola autoritas iudicis aut eius apocha non suffi-
cit, sed mandatum antecedere debet, s) ita et hoc
non exigitur, si debitor nomen soluit his, qui re-
praesentant ecclesiam, aut vsurae, centum solidos
non excedentes, praesentur. t) Simili quoque rati-
one solennitas ut post mandatum de soluendo de-
bitor

q) c. 1. et 3. X. de in integr. restit. BERGER. Suppl. ad El.
Disc. For. P. II. pag. 1747. LEYSER. ad Pandect. Spec.
LXXVIII, med. 4.

r) arg. §. 2. I. quib. alienar. licet vel non. L. 25. C. de Adm.
Tutel.

s) CARPZOV. Jurispr. For. P. II. Const. 11. Def. 45. seq.

t) L. 25. 27. C. de Administ. Tut. WERNHER P. V. Obs. 221.
I. H. BOEHMER Disp. de Nominibus Ecclesiasticis cap. 1. §. 14.

bitor iudici contradicat, resistat et iudex denovo, contradictione non obstante, ei solutionem iniungat, prout vult BERLICH ^{u)} est superflua, cum id nec verba, nec rationes legum desiderent, et debitor, qui mandato iudicis parat, non sponte, sed quodam modo coacte id fecisse existimetur. Pecuniam quoque erogatam a debitore, licet extraneo, in parochia ecclesiae creditricis, vbi accepta, si aliud non conventum, restituendam esse, haud est dubitandum. ^{v)} Quod si vero ecclesia ex concursu debitoris nihil percipiat, copiam sententiae locationis, aut distributionis libro rationum ecclesiasticarum inferendam esse Mandat. Sax. de an. 1729. ^{*)} praecipit.

^{u)} in Decis. 78. n. 3.

^{v)} LEYSER. ad Pandect. Spec. DXXVIII. mēd. 3. III. HOMMEL, in Rhaps. Iur. Obs. 140, Dissentit WERNER. P. I. Obs. 183, n. 6.

^{*)} in Corp. Iur. Sax. Eccles. pag. 531.



12


hier ist ein sehr interessantes Stück
aus der Geschichte der Stadt
Wittenberg
das sich auf die Zeit bezieht
als die Stadt unter
Söldnern stand
und die
Schicksale
der
Einwohner
in
dieser
Zeit
beschreibt
Es ist
eine
sehr
wichtige
Zeugnis
für
die
Geschichte
der
Stadt
Wittenberg
in
dieser
Zeit
und
zeigt
die
Schwierigkeiten
die
die
Stadt
in
dieser
Zeit
hatte
Es
ist
eine
sehr
wichtige
Zeugnis
für
die
Geschichte
der
Stadt
Wittenberg
in
dieser
Zeit
und
zeigt
die
Schwierigkeiten
die
die
Stadt
in
dieser
Zeit
hatte



C
7
C
T
CA

Wittenberg, Diss., 1770-73

X 228.32.35



P. 242

N



Farbkarte #13

B.I.G.

B. V.
 DE
 SIAE CREDITRICIS
 LARIBVS
 VSVRARIO

ESIDE
 O GOTTLIEB
 ELIO D.

ET REG. IVR. PROF. PVBL.
 VRID. ASSESSORE
 RIO MAIORE

A. S. R. c l o l o c c l x x i .
 VTABIT
 O L P H V S G V T B I E R
 T E N S I S

BERGAE
 GERDESIANA.



M

1771

